



107. Stk.!

R 1.57 Q

18. 1. 17



106
THRENODIÆ

IN

LUCTUOSUM, NEC EXPECTATUM EX

HAC VITA COELESTEM IN PATRIAM EXITUM

VIRI

PLURIMUM REVERENDI, MA-
GNIFICI, EXCELLENTISSIMIQUE,

DN. IO. ERNESTI
GERHARDI,

S.S. THEOLOG. DOCT. ATQUE PRO-
FESS. CELEBERRIMI,

*Dn. Præceptoris atque Patroni, dum viveret, omni
honoris cultu, nec uno nomine prosequendi,
nunc & proh dolor! lugendi:*

CUM EI

*A. d. 28. Februar. Anni cD Idc LXVIII. consuetis ex-
equiarum carimonis ultimum pietatis of-
ficium præstaretur.*

Institutæ

ab

AGIOT CULTORIBUS ET
AUDITORIBUS.

J E N Æ,

Typis JOHANNIS VVERTHERI.





MAGNE GERHARDE Tuas quis non deploret amaris,
Quas tristes imus, fletibus exequias?
Si quis erat, nã dignus eras Tu Nestoris annis,
Et TIBI tam subito deserit ossa calor!

Effertur Tecum pietas, doctrina stupenda,
Multorumque salus. MAGNE GERHARDE VALE!

*Longè desideratiss. Dn. Præcept. elegos hos
lacrymabundus scrib.*

M. Johannes Crausius, Fac. Phil. Adjunctus.

PROH dolor! è vivis abiit, mortalia liquit
Admisso cursu, quàm celerique pede,
PROH dolor! è vivis abiit, mortalia liquit,
Qui nobis fuerat præsidium atque decus,
Qui nobis & eques fuerat, currusque paterque
Israel, is *σέν* ponit, ut astra petat.
Ast magis ex usu, nostris rebusque fuisset,
Hic in opem nobis idque fuisse diu:
Num tantus potuit Doctor nescisse sequelas,
Quàm desit nobis, si secus id fieret?
Sed quid ego querulus facio incusantia verba,
Fas ego sic lædo, dum pius esse volo.
Quod Numen statuit, nos id culpabimus ipsum?
DOCTOREM Nostrum de statione DEUS
Evocat, illustri splendore coronet ut illum,
Quæ promissa dedit, præstet & illa potens,
Am sancti quando mensuram muneris omnem
Implevit jamjam, quod dedit Altitonans.
Nunc igitur sanctæ fidei finemque scopumque
Obtinet, ac fidei credita spectat ovans.

M. JO. JACOB. Müller / Ulm. Ampliff.
Facult. Philos. Adjunct.

Para-



Parodia ad oden XVII. Lib. II. Carm. Horatii.

Cur me exitu sic exanimas tuo?
Nec cælo *amicum est, nec mihi, te prius

Obire, MÆCENAS! mearum.

Grande Decus Columenque rerum.

Ah! Te meae dum partem animae rapit
Maturior vis, quid moror altera?

Nec charus aequè, nec superstes

Integer. Hicce dies utramque

Ducat ruinam. Non ego blandior,

Sed dico sincerè: ibimus, ibimus,

Si jam DEUS mandet, supremum.

Carpere iter comites parati.

Me nec dies, dum Spiritus integer,

Nec si resurgat Centimanus Gyges

Divellet unquam; Quin reponam

Intimiùs Tua gesta fibris.

Vox viva, seu me littera conspici,

Doctoris hujus, pars violentior

Lethalis horae, seu benignus

Alloquii modus is paterni:

Hoc omne mentem incredibili modo

Turbat dolentem. Te DEUS impio

Sic hòc quidem mundo benignus

Eripuit, modo non repente,

Te sustulisset, cum populus frequens
Laetum theatris Pieridum pedem

Te propter huc, Musis Salanis,

Intulerit, placidâ (ut solebas)

Dextrâ levares, Mercurialium

Custos virorum. Reddere victimas

Laudum Jehovahae nunc amabis:

Hic humile erigo mnemoneum.

* *Magnatibus*

ὀλοφύχως συμπάχχ

M. Johann-Mich. Schwimmer / Alumnus Ru-

delstadio-Schwarzb.

Das Klagende Saal: Athen.

1. **W** Eh! Ach! Weh! mir hochbetrübt en
Ihr Geliebten.

Meine Kröhne ist dahin!
Ach! wie ist mir, ganz enenommen
Herk und Sinn!

Ich hab einen Riß bekommen/
Den nicht bald ein ieder man/
Heilen kan!

2. Ach! legt ewren Schmuck darnieder/
Meine Glieder/

Ziehet an ein schwarzes Kleid/
Denn es hat uns überfallen
Schweres Leid/

Daß durch alle Gassen schallen
Jammer-Klag- und Thränen-Wort
Fort und fort

3. Meine Augen sind verhüllet/
Angesüllet

Von den trüben Thränen-Bach/
Der die Wangen überschwemmet
Nacht und nach/

Senffzen auch die Zunge hemmet.
Ohne Ruh' geht meine Klag
Nacht und Tag.

4. Zwar / du ruhest, große Sonne/
Meine Wonne/

In den schönen Himmels-Zelt/
Man sieht auch die Ehren-Strahlen
In der Welt/

Herrlich alle Land bestahten.

Aber ich bin ohne Ruh'
immer zu.

M. Johann Schmidt/ P. L. C.
Nordling. cæcus.

Ach!

1.
Mich! Daß meine Schuldigkeit
Unter den Cypressen findet/
Welchen rühme ich unsre Zeit
Und Ihm Lorbeer-Zweige winder:
Ich bekenne meine Sinnen
Wissen nicht was sie beginnen;

2.
Sterblichkeit verzehret zwar
Endlich aller Menschen Leben/
Hat sie uns gleich hundert Jahr
Oder drüber auch gegeben;
Aber schmerzlich! Wann vor Jahren
Solche Leute uns entfahren.

3.
O du wohlgesibter Mund!
Was härtstu noch können lehren
Wenn die Menge vor dir stund
Ganz begierig dich zu hören?
Ist die Freundlichkeit zu loben
Bleibstu auch durch sie erhoben;

4.
Aber was bin ich bemüht
Mit viel Worten zubeschreiben
Was noch ieder gleichsam sieh
Und in Schriften sters wird bleiben?
Wie er uns zu Ort geweisert/
Ist er nun voran gereiset.

5.
Himmel frommer Seelen Lohn/
Unser Gerhard hat vollendet:
Engel setzet auff die Cron
Die Ihn sein Erlöser sendet:
Er bleibt unser ster Verlangen
Bis wir Ihm auch nachgegangen.

Aus höchst mitleidigem Herzen setze solches hinzu

M. Alexander Römer

A 2

Ab

AH Pater! Ah, Doct̃or! quorsum, dic, flectis habenas?
Quò tendis? quæ causa viæ? cur præpere terga
Remigiò vertis? num tristi deseris ore
Lugentes gnatos, viduatos ore suâvi,
Et vultu vegeto? num pulpita sacra revises,
Quæ tepefacta, calore tuò? num roscida mella
Stillabit posthac Salanæ *Stella* cathedræ?
Eheu! quàm stringit dolor altus sanguine, membra
In nervis clauso, & rigido. Nam *currus equesquè,*
Currus equesquè sacris studiis abière, nec unquam
Ad nostras terras reditûrum nobile nomen.
Ah Pater! Ah Doct̃or! quid pro meritis **TIBI** tantis
Offerimus? querulum cippum, lachrymasquè calentes?

ἔρισμα πρὸς τὸν δόκτορα Doct̃ori suo lugens f.

M. Paulus Schütte/ Pomeranus.

Fluctivagam, VIR MAGNE, ratem, vada falsa relinquens
Præproperis placidas remis adpellis ad oras?
Tu mihi præsidium, Tu remus & aura fuisti,
Fluctivomum quis porrò valet sic cogere pontum?
Quis mihi sic junctus mundanum navigat æquor?
Tota Salana gemit, magnus ferit æthera clamor
Et meritò Te quisque modum compellat in istum:
O decus, O nostræ meritò pars maxima famæ
Quid **TIBI**? cur nostrum celeri pede deseris agmen?
Tené tenere valet nemo, **TE** nulla levare
Herba dolore **TUO**? Maneas! nam quisque vovemus.
Sed **TIBI** sic jussu manet immutabile pectus,
Et precibus surdas frustra celeramus ad aures.
Ergò polum', **PATRONE**, petens (sic quisque precamur)
Dulcia perpetuæ capias solamina vitæ!
Nos **Tua** sic meriti memori benefacta canemus

Pecto-



Pectore, natales fluvios dum piscis amabit:
Nunc nimium trepidos dum Spiritus hos reget artus.
Posteritas etiam post tempora sera futura
Te canet admirata decus nomenq; GERHARDI.

*Pientissimis Manibus Patroni incompara-
bilis, Mecanatis eheu! desideratissimi
maestissimus scrib.*

M. Valentinus Belthem/ Hallensis Saxo.

Siccine desubito nobis Te, MAGNE GERHARDE,
In purâ Doctor religione pie,
Subtrahis, & quoscunque tuos post terga relinquis,
Quicquid & humanum est, multa supergrederis,
Tristia sunt nobis hæc fata, illustria prorsus
Et sperata Tibi; cœlica regna ferunt.
Eja, age nunc felix & terque quaterque beatus,
Ad tempusque suum molliter ossa cubent.

*Hæc piè defunctis Honoratissimi Dn. Præcepto-
ris sui manibus debebat*

M. Henricus Reinboth, Holfatus.

Quot lacrymas, GERHARDE, tuas non solvit acerbas
Exitus à nobis ad pia regna, poli;
Tot dignus fueras annos vixisse subinde,
A morbo atque malis omnibus incolumis.
Sed sapiens aliter Numen decreverat olim.
Sicut decrevit, contigit idque adeo.
Gaudia nunc igitur carpit præclara GERHARDUS,
Gaudia, quæ nullo sunt moritura die.

Debita condolentia ergò hæc cateris adjecit

M. Paulus Gottlieb Berlichius, C. P. C.

Heu! jacet extinctus, Studiosis calica nuper
Dogmata qui vivo tradidit ore DEI.
Heu! jacet in feretro, quem demirata Cathedra
Salana est, & quo sæpe superba fuit.

Heu

Heu! jacet in tumulo, quem jam suspiria multa
Et tumulo & morti vota que multa negant.

Sed quid ploratus rabidi? quid denique fletus:

GERHARDO cœli gaudia Jovæ dedit

Lacrymis hisce prematurum PRÆCEPTORIS

sui atatem suspiciendi obitum in observantia

Ἐσοῦσα θεῶν signum prosequi debuit.

M. Joan. Jacob. Jensenius, Holfatus,

EHeu stella repente occidit incluta,
Musarum graviter plangite filii.
Sane res agitur vestra quidem, arbitror,
Vestris præcipue luminibus, DEO
Sic curante, GERHARDUS placide & cito
Est subductus, amor vester amabilis
Diffugit, neque comparet is amplius,
O tristis dolor! ô spes perit unica!
Non os percipitur suave Dei in domo,
Ac non in cathedra conspicitur frequens,
Musæum vacuum quæritat, invenit
Heu! non; BIBLIOTHECA & celebris gemit.
Quam fatum tetigit pulpita duriter!
At numen voluit, prospiciens VIRO
MAGNO, nunc fruitur lætitia bene,
Tanquam stella micat splendida cœlitum
In turba, omnigenaque invidia caret.

Summo ex animi morore fundebat hæc

M. Eberardus Rudolphus Rosly, Ulm,







THRENODIÆ
 IN
 LUCTUOSUM, NEC EXPECTATUM EX
 HAC VITA COELESTEM IN PATRIAM EXITUM
 VIRI
 PLURIMUM REVERENDI, MA-
 GNIFICI, EXCELLENTISSIMIQUE,
 DN. IO. ERNESTI
 GERHARDI



JENÆ,
 Typis JOHANNIS VVERTHERI.

